

Band VI., Nr. 1744, Seite 142-143

*Abt Rivin und Konvent von Kreuzlingen verleihen der Wittve des Ritters
Albert genannt vom Hof, seinem Sohne Wernher und seinen beiden
Töchtern ihre Besitzungen in Bitzenhofen gegen einen Jahreszins von 30
Schilling Heller auf Lebenszeit.*

Ohne Ortsangabe, 1264. April 1.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis R. divina ordinatione abbas totusque conventus monasterii de Crucelingen^a salutem et in domino Iesu Christo orationes. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos possessiones nostras sitas in Bizenhouen, quas Albertus miles dictus de Curia in feodum pro censu annali a nobis tenuit, sicut per certas metas existunt limitate, Engillint relicte predicti Alberti, Wernhero filio ipsius, Engile et Irmengardi filiabus suis pro censu determinato, videlicet XXX^{ta} solidis denariorum Constantiensis monete, singulis annis in festo beati Andree apostoli monasterio nostro sine omni contradictione so[ll]vendis, duximus consensu communi concedendas ea conditione, ut idem census ab illa persona, que de prescriptis antiquior fuerit, integraliter exigatur et sine omni protractione persolvatur. Verum quia longi temporis usus in huiusmodi causis pericula sepius solet inferre, statuimus, ordinamus et presentibus protestamur, quod, cum prelibate persone decesserint, nullus heredum ipsorum in prescriptis possessionibus ius aliquod infeodationis sive locationis sibi vindicare potest nec debet ex conducto, sed ad nostrum monasterium revertantur libere prorsus et absolute. Porro si eedem persone vel aliqua ipsarum ad religionem transierint, ut cum ipsis transire possint possessiones antedictae, quoad vixerint, presentibus liberam concedimus facultatem, ita tamen quod census preconceptus sine qualibet diminutione et omni preiudicio singulis annis termino statuto monasterio nostro persolvatur, post obitum vero sepepredictarum personarum, sive religiose fuerint vel seculares, possessionibus sepepredictarum monasterium nostrum gaudeat liberis et absolutis. In cuius facti testimonium presentes litteras conscribi fecimus, quarum unam apud nos reponentes, alteram prescriptis personis conferentes.

 Acta sunt hec anno domini M^o. C^o. C^o. LX^o. IIII., indictione VII., kalendis Aprilis. Nos Ortolfus et Cunradus milites de Hasinsten, quia prescriptis interfuimus tractatibus consensum nostrum adhibentes, sigilla nostra presentibus duximus appendenda.

^aEs steht Cruc *elig*.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Drei abhängende Siegel: 1) Ein spitzovales, in ein Säckchen eingenäht, dem Anfühlen nach zerbrochen. 2) Das Siegel des Ortolf von Hasenstein, insbesondere am Rand sehr beschädigt, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1736 (WUB, Bd. VI, S. 136). 3) Das schildförmige Siegel Konrads von Hasenstein, 50,42 mm (IV. A. 1): Ein stehender Hase, die beiden hinteren Läufe und der vordere linke Lauf je auf einer Bergspitze, Umschrift: + *Sigillum* . C . . . RADI . DE . HASINSTAIN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Thurgau

Signatur/Titel des Originals:

7'33 (Kreuzlingen, Schwäbisches Archiv) (Lade H 54, Nr. 2)

Regesten:

Pupikofer: Regesten Stift Kreuzlingen, S. 14, Nr. 78 (mit unrichtigem Datum).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bitzenhofen Wohnplatz (18149)
 Bitzenhofen, Oberteuringen, FN
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz